



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria V. post Dominicam Quadragesimæ. 8. Chananæa in petendo prudens fuit. 1. Quia ipsamet in propria persona, non verò per tertium, Christum accessit. 2. Quia reverenter cum Christo tractavit. 3. Et ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO OCTAVVS.
INFERIAMQVINTAM
DOMINICÆ PRIMÆ
QVADRAGESIMÆ.

Et ecce mulier Chananaea, à finibus illis egressa, clamavit, dicens ei: Misere mei Domine, fili David: Filia mea male à Daemonio vexatur. Matth. cap. 15.

1. **S**alvator noster molestias passus à ad sanitatem filia à Christo impetrandam, calumniis, & ab insidiis. quas pessimi Scribae, & perversi Pharisaei quotidie majores & majores machinabantur, stimulatus, decreverat recedendo ab eis, sua illos private presentia & aspectu. Egressus igitur è terra Genesareth, ad confinia se recepit Tyri & Sidonis, Civitatum præcipuarum totius Phœniciae, juxta mare mediterraneum, ad pedem montis Libani, ita situatarum, ut una duodecim circiter leucis ab altera distet: Et ecce mulier quaedam pagana & idololatra, è Chananaeorum stirpe descendens, quæ appellabatur Syrophœnissa, auditis ab unigenito Dei Filio in illis confinibus patris miraculis, ei advenienti obviam processit: Et ecce mulier à finibus illis egressa. Strab. lib. 6. Mald. c. 15. in D. Matth. ut precum suarum efficaciam liberationem filiae impetraret, cujus à tyrannicis inimici infernalis manibus, sine ulla requie, aut indulgentiis ductis, crudelissimè contorquebantur viscera. Ab affectu igitur materno persuasa, quas ab afflicta filia patiebatur angustias, ad pedes Salvatoris reverenter prostrata, flebili voce, quæ ipsa etiam petras ad pietatem & compassionem commovere potuissent, supplex exposuit, dicens: Misere mei, filia mea male à Daemonio vexatur, id est, ut interpretatur Abulensis ibidem: Dure vexatur; erant quippe Dæmones quidam saviore alii, quibus major nocendi dabantur potestas, & illi nimis torquebantur. Verum summè mirandum est, quod si fuerit sapiens hæc, & compassione dignissima Chananaea, virtutibus moralibus instructa! Nam ad pedes ejus prostrata, per profundæ cuiusdam humilitatis actum eum venerat, & deprecator: Procidens ad pedes ejus, adoravit, ut observat Abulensis ibid. fol. 141. quæst. 64. col. 4. Voci suæ spiritum & impulsum quemdam impressit, eam altius effertendo, quando clamabat, firmiter sperando, se tandem ardentis fidei sui effectum infallibiliter consecuturum esse: Arborius apud Thomam de Trus. ibid. Prompta voluntate clamabat ad Dominum, quia sperabat suis clamoribus se posse exaudiri. Suas appetit animi ærumnas, verumtamen cum modestia; siquidem omni se merito destitutam esse recognoscens, ad infinitæ demeritæ suæ supplementum recurrit: Saltem misericordiam efflagitat, dicens: Misere mei, ut testatur Gloffa. Et tamen, vel non recipiat responsum, siquidem Non respondit ei verbum, vel gratiam non impetret, sed repulsum patiatur à Christo dicente: Non sum missus nisi ad oves Israël, imò, ut dicit Chryso. stomus in Cat. D. Thom. fol. 153. cap. 1. Quamvis magis mulier multiplicabat supplicationem, sicut & ipse multiplicat negationem: Ipsa tamen ob id à supplicando minimè desistit, verum reteratis precibus sese exhibet perseverantem: Toties contempta in precibus perseveravit, ut obiter vavit sanctus Ecclesiæ Doctor Hieronymus ibidem folio 254. satis quoque se declarat, quod non petat panem, id est, participare de gratiis illis majoribus, quæ ab omnipotentæ suæ dextræ derivari possunt, quales sunt creat.

Abul. ibid. quæst. 55.

Marinus in fine terra sancta. Plin. lib. 8. c. 12. c. 20.

eritate novos mundos, novos producere ca-
 los, vel ordinem invertere totius Univerfi,
 fed intra partitione limites fe restringendo,
 & terminorum defideriorum folitam ampli-
 tudinem limitando, favoribus & gratis ordi-
 natis impetrandis, quas per micas vul: intelli-
 gi acquirit. Nam *Ch. catelli edunt de micis;*
 quali inferre vellet, ut interpretatur S. Hiero-
 nyms in Car. D. Th. *Non peto a te, ut paffim a-
 pud iudaeos miracula facias. ut cacos cures, mor-
 tuos refictas, fed unum tantum, Ch. minus natura
 fua difficile, a Demone a fua mea expellas. Scio
 enim, me filiorum panem non mereri, nec integros
 capere paffa cibos, nec federe ad mensam cum pa-
 tris, fed contentus sum reliquiis catulorum.* Time-
 tur valde, ne vanitatis, imò temeritatis argueret-
 ur, ficut in confpectu illius comparere, qui
 ad infelicitate extirpandam in huic mundum
 Abol. cap. 1. *Abreerat, atque ideo Fidem magnam conce-
 pit. Nam Ch. catelli edunt de micis;* quam pro-
 miffa confessione Divinitatis luz demonstra-
 bat, dicens: *Domine, nec non in humanitatis
 tuae poffeffione, dum ait: Fili David.* Unde Gl.
 in Car. D. Th. fol. 232. cap. 1. *Magna fides Cha-
 ritae hic notatur, Deum credit, ubi Dominum
 vocat hominem, ubi dicit: Filium David.* Et
 cum hoc pace foeminae virtutes in brevi quo-
 dam rotatorio gyro, velut in compendio quo-
 dam colligitur proponatur à S. Ambrosio lib.
 1. in Luc. cap. 7. dum ait: *Chananaea fuis perti-
 nacis precibus, fapiens in refponfis fidei in ver-
 bis precantem revocat, tacentem rogat, excu-
 fam edocet, negantem inelinat.* Verum enim-
 vero, ego virtutem quandam in hac muliere
 cum S. Chryfostomo obfervo, quae quantò
 multatius in genere minus est amica & fami-
 liaris, tantò in hac evangelica muliere magis
 estimabilis; videlicet prudentiam, & poli-
 tiam in modo procedendi & agendi cum
 Caecilio; neque enim pedem suum movit, aut
 elocutionem aliquam elicit, nec verbum protu-
 lit, nec supplicationem portexit, nec gratiam
 ullam popofcit, quin cuncta haec à vera pru-
 dentia rectiffimè regulata fuerint: *In ea fuit
 prudentia, inquit Tostatus, quia in omnibus
 prudenter Ch. fupprenter refpondit;* Tanquam talis
 etiam à Chryfost. apud D. Th. in Car. ibid. ce-
 lebrata facit: *Vide, inquit, mulieris prudentiam,
 quae nec contrahere anfam est nec contriftata
 est in aliorum laudibus, nec in proprio convitio.
 Verumtamen in tribus potiffimum actibus
 prudentia eius liquidò eluxit: Primò, quòd*

ipfamet in persona Christum accefferit: *Et ec-
 ce mulier de finibus illis egressa;* per quod nos in-
 struit, aetiones illas, quas per nos facere possu-
 mus, aliis minimè committendas esse. Secun-
 dò, venerando & adorando Salvatore: *Do-
 mine, fili David, miserere mei;* inauendo nobis,
 quòd cum illis, à quibus favorem aliquem ex-
 spectamus, cum civilitate aliqua gerere debea-
 mus. Tertiò, supportando patienter inju-
 rias: *Etiàm Domine, nam Ch. catelli edunt de
 micis, quae edunt de mensa divitis;* per hoc num-
 bis perluadendo, quòd omnes difficultates cum
 patientia superando, obtenturi fimus pro vo-
 to, quidquid desideramus. Porriò fi, ut ego
 idipsum claris & fufius exponam, desideratis,
 imitemini Chananæam, patienter & attentè
 me aufcultando; & quidem à primo puncto
 exordiamur.

2. Charitativa haec mulier admirabilem
 Christi virtutem intellexerat, atque idè il-
 lum conyentire decreverat, cum intentione
 procurandi liberationem filiae, quae diris mo-
 dis ab infernalis inimici tyrannide torqueba-
 tur: *Famam Ch. miracule IESV audierat, ideo fir-
 miter credebat, quòd filiam suam sanare posset,*
 inquit Ludolph. Cart. part. 1. cap. 89. & per fi-
 dem persuasa, per spem fecura, charitate sibi in
 advocatam assumptà, manantibus ab oculis la-
 chrymarum stillis, fufpirantibusque labiis ad
 Redemptoris nostri pedes genuflexa & pro-
 strata eidem supplicat; quasi diceret: *Pessi-
 mus hic inimicus, Majestati tuae rebellis, qui
 rabiei suae fuorem in hanc miseram filiam
 meam evomuit, quae imago tua est, viscerum
 meorum partus, & dimidium animae meae, nil
 nisi tuas minas formidat, cujusvis alterius
 praeccepta superbus & elatus contemnit, & ad
 solum voluntatis tuae nutum confusus & per-
 territus in fugam se recipit, atque à sanctira-
 tis tuae fulmine perterritus, in horridiffi-
 mas caecae abyssi speluncas praerepsit se abdit,
 ad eum fere modum, quo ex oriente Sole tene-
 brarum caligo evanescit.* Tu igitur, qui verus
 Deus es, & verus homo, tanquam homo osten-
 de cor tuum afflictionibus meis viscerosiffimè
 compati: *Miserere mei fili David;* ut Deus au-
 tem, omnipotentiam tuam in diri & crudelis
 inimici huius interitum impende, & huic af-
 flictae animae clementer succurre: *Filia mea
 male à Demone vexatur.* Mea quidem est filia,
 nescio tamen, an mortua dicenda sit, an verò
 viva; mortuam dicere possem, si quidem mor-
 tis

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Ludolph' and other illegible text.

is auctor mille mortibus ipsam quavis hora conficit; vivam quoque libenter crederem, sed quæ ratione credere id possum de ea, quæ motum nullum exhibet, & in qua nullius veri & vitalis operis cernitur exercitium. Viva est, quia si mortua esset, cum ipsa sit mei dimidium, & ego dimidium sui, nullum veique penitentiæ possem ejus martyrium. Imò verò non est viva, sed mortua, quia si viveret, vitam suam utique ageret cum spe finienda; mediante morte omnes suas calamitates pariter & vitam. Tibi igitur, qui cælestis es medicus, sui mei que doloris vehementiam & gravitatem aperio, quo duo corda, filia scilicet & matris noscuntur esse transfixa & vulnerata. Ærumna & afflictiones meæ quemvis hominem ad compassionem permoveere sufficiunt, nisi illi sint viscera zæne, aut cor habeat lapideum; atque idem tu, qui ut Deus ipsissima es clementia, tanquam homo benignitatis tuæ effectus promptè demonstra: *Miserere mei, quia dolor filia dolor est matris: miserere mei, quia nec in domo sedere possum, intrinsecus est inimicus: Demon terribilis, fluctus in portu, in tranquillitate tempestas.* Tandem igitur post longum propositum & replicatum, orationum & repulsarum ultro citroque utrimque habitatum certamen, quia secundum Chrylstonum: *Quantò magis mulier multiplicabat supplicationes, tantò Elyse multiplicabat negationes,* totum obtinuit, quicquid desiderabat. *O* scemina prudens, tu necessarium esse probè noveras, ut ipsamet in persona propria ad Christum accederes, eum que per temetipsam immediatè rogares; quis enim tantum pro te fecisset? quis ad tor percellas repulsas non fuisset impatiens, aut obtinuisse? quis ad iteratas negationes gratiæ impetrandæ spem omnem non abjecisset? favor iste per alium quàm temetipsam impetrari nec poterat, nec debebat: Unde Origenes & S. Pontifex Gregorius, mulieris hujus laudando solertiam, dicunt: *Non petiit lacolum, non rogavit Joannem, non accessit ad Petrum, sola cucurrit ad Dominum, & eos insormiscens, quid dicit? Non est mihi necessarius fidei iussor.* Apud Principes hujus mundi, favores & patrocinia requiruntur aulicorum, qui loquantur, & pro cliente intercedant: apud Deum non item. Quisquis pro alio procurat, à propria necessitate non stimulatus, negotium sibi commissum debita cum efficacia & fervore minime gerit, quia ab interesse proprio non urgetur vel accenditur, ad primam repulsam replica-

re non audet; si negativam responderet, indolenti taciturno ore contrahit, sibi que sufficere videtur, si in necessitatibus constituto clienti respondere possit, quòd pro viribus ejus causa sollicitat, licet res suam pro voto & desiderio suo non sit sortita effectum, ut provida videat, si aliunde causam suam promovere possit, gratam interim ratam que habeat bonam suam voluntatem, cui alias vehementer displiceat, quòd ipsum ad eò delictum cogatur dimittere. Optimè itaque eruditus ille hujus ævi Scriptor dicebat: *Zuerius esse selet supplicatio aliena, quippo quam non animam propria necessitatis vigor.* Videte ipsomet Apostolos, qui sese in favorem hujus mulieris spontaneos interposuere intercessores & mediatores, dicendo: *Dimittite illam, quin clamare possit.* Audite negativam illis à Domino datam responsionem: *Non sum missus, nisi ad oves, que perierunt domus Israël,* quæ accepta, nullus erat inter omnes, qui aliam faceret replicam, vel tertio rem instantiam: ipsa verò mulier, quæ pro temetipsa laborabat, non tacuit, non quiescit, non destitit, donec quòd desiderabat, perfectè obtinuit; neque à Christo recessit, nisi postquam vidit memoriale suum favorabiliter hinc verbis subscriptum: *Fiat tibi sicut vis.* Nec est, quòd mihi quis objiciat se nobilem esse, cujus proinde statui repugnet, per se facere, quòd præstare aut obtinere potest mediante alio, qui eum in finem quoque seros suos conducerit: quia ratio isthac tali non suffragatur, cum per proverbium dici solet: *Non maculat manus qui sua facta facit.* Id quòd per egregia Scripturæ loca probabo.

3. Moyses de formatione hominis loquens, refert, quòd Deus tres divinas personas in consilium advocavit, dicens: *Faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quæ verba multas peperere Scriptoribus molletas speculationes, in vestigando, an Deus hominem per semetipsum immediatè formavit, an verò mediatè, id est, altera persona mediante, quæ ad illam hominis formationem concurreret tanquam causa immediata & secundaria. Et quidem multorum est opinio, dedecuisse supremam Dei excellentiam, ut sese in immediatam hominis formationem ingereret, ad eum modum, quo Principem aliquem dedeceret, viribus quibusdam se impendere exercetis, verbi gratia, terræ arandæ, ferendæ, &c. habebat etenim Deus suos ministros, id est,

Chrysol.
ebidem,

D. Gregor.
in Cat. D.
Thom. ib.

Aug.

Angelos, quibus volunt a Deo impostum
 fuisse officium terræ massam quandam præ-
 parandi, & in eam formam redigendi, qua
 homo prædicitur esse cœteris, ut distincta ef-
 fectus in caput & pedes, in brachia & manus, in
 pedes & humeros; Et ita Philo in lib. de
 opif. sex dicit, & Abulensis, Theodoretus
 & Chrysostomus, Cyrillus & alii verba illa
 facta de præparato: *Fecit Deus hominem* glossant,
 dicentes, quod exponi & intelligi debent im-
 perative, seu commissive, & non efficienter seu
 creatore, in eodem videlicet sensu, quo intel-
 liguntur verba facta Cui Joannis: *Tunc appre-
 hendit Pilatus seipsum, & flagellavit*, vel quo il-
 latus ex Actis Apostolorum intelligi solent:
*Magister Herodes Rex manus, ne affigeret quosdam
 de Ecclesia, accersit autem Tacobum fratrem Io-
 hanis, & quædam neque enim Pilatus propriis ma-
 nibus Chnutum flagellavit, neque Herodes pro-
 pheta Joannem decollavit, sed intelligun-
 tur sic commissive seu imperative, ita
 quoque prædictum locum Genesis intelligendū
 esse videtur: *Fecit Deus hominem*, vel *Faciamus
 hominem* id est, commissive & imperavit Deus An-
 gelos obediens servis suis, ut terram acci-
 perent, eam que in formam sive effigiem corpo-
 rum humani efformarent: *Angeli formaverunt
 hominem* id inquit Abulensis in c. 3. Gen. q. 195.
 Hanc sententiam opinionem oppoanunt multi ve-
 teres Magister sententiarum, dicens *Ex persona
 patris induitur ad Filium & Spiritum sanctum id
 est, facimus hominem ad imaginem & simili-
 tudinem nostram, non ut quidam putant, Angelis
 quia Deus Angelorum non est unam eandem ima-
 ginem nostram, sed Rabanus Maurus: Neque enim
 Angelus a Deo dicitur potius: *Faciamus hominem ad
 imaginem nostram*, quia nulla prior ratio fuit, ut Deus An-
 gelorum unam esse eandemque imaginem, sive si-
 militudinem creamus. Et hæc est opinio ve-
 terum communior, & sacro textui conformior,
 quod scilicet Angeli ne vel minimum homi-
 nis formationi sese ingererent, sed quod for-
 matio hæc solus fuerit opus Creatoris, non
 quod corporeis manibus apprehenderit lutum,
 indeque fecerit massam, cum sit simplicissi-
 mus & purissimus, sed potius hominem de limo
 terre, secundum corpus formavit iubendo & vo-
 lendo, id est, voluit & suo verbo iussit, ut in illa
 fuerit. Vnde docet supra citatus Magister senten-
 tiarum. Et in huiusmodi veritate favorem multa
 militat rationes. Dixit etenim Deus *Faciamus
 hominem ad imaginem & similitudinem nostram***

Dicendo: *Faciamus, una operatio trium perso-
 narum ostenditur*. Dicendo, *Ad imaginem & si-
 militudinem nostram, una & æqualis substantia
 trium personarum monstratur*, id quod est dice-
 re, quod Deus & nemo alius hominem pro-
 duxerit, concurrente ad illius productio-
 nem, tanquam unus in essentia & trinus
 in personis: Et postea subiungit: *Corpus de limo
 terra formavit Deus, cui animam inspiravit*. Vnde
 de Tertullianus cogitationum suarum gres-
 bus in agrum se transfert Damascenum, ibidem
 que oculis mentis Deum observat operantem
 & producentem, & in hoc opere totaliter oc-
 cupatum: [*Recogita inquit, totum illis Deum
 occupatum ac deditum, manu, sensu, opera,
 consilio, sapientia, & providentia, & ipsa inprimis
 affectione, quæ lineamenta ductabat*] Et
 quidem quis est, qui nesciat, aut dubitet, quin
 hominem formare potuerit & producere totum
 ministerio Angelorum? ubere potuit [inquit
 Ambrosius] sed maluit operari, ut cognosca-
 mus ipsum esse, qui limo terræ corporis nostri
 membra variis apta formavit officiis, & in suo
 vigore mentis animavit. Vnde discere eviden-
 ter poterimus, non committendum esse aliis
 quod per nosmetipsos facere possumus, sic-
 ut Dei imitatores erimus.

4. Valde mirum mihi videtur, quod Author
 universi, postquam creasset cælum terram, ele-
 menta, mare, totumque universum septima
 die requiescere voluerit, & tamen id ipsum
 Moyses expresse asserit, dicens: *Requievit die
 septimo ab omni opere, quod præparavit*. Difficul-
 tas autem mea in hoc præcipue consistit, quod
 requiescere operationem quandam laboriosam
 præcessisse supponat. Tunc enim aliquis requie-
 opus habet, quando lassus est & defatigatus. Cū
 igitur Deus indefatigabilis sit, nec a lassitudine
 molestari possit, cum quali fundamentum
 Moyses dicere potuit, quod requievit die
 primo? Quinimo si Deus milliones & milliones
 mundorum creasset, inde tamē nec quicquam
 defatigandus fuisset. Adhæc motus & quies op-
 ponuntur, ut inquit Angelicus, unde quies suc-
 cedere nequit, nisi prius cesseret motus operatio-
 nes autem Dei sunt sine motu: *quia immobilis
 manens dat cuncta moveri*, inquit Boetius de
 consol. lib. 3. met. 9. quomodo igitur Deus die
 septimo requievisse dici poterit? Magister senten-
 tiarum difficultatē hanc ita explicat: *Requie-
 visse Deus dicitur, quia cessavit a faciendo ge-
 neribus creatura, quia ultra nova non condi-*

Idem v. dist. 10.
 Dist. 10.
 Dist. 10.
 Tertul. lib. de res. sur. car. 9. 2. in Genes.
 D. Amb. lib. 10. in cap. 12. Luc.
 Gen. 2.
 D. Th. sent. dist. 15 q. 3. 4.
 D. Th. sent. dist. 15 q. 3. 4.
 D. Th. sent. dist. 15 q. 3. 4.

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicatio" and other illegible scribbles.

die. Et S. Thomas ubi supra: *Dicitur ab opere*
cessasse die septima, quia à die septima
opus creaturam non fecit. Cum igitur requi-
 es Dei non præsupponat motum, sed tantum
 cessationem ab opere connotet, consequenter
 cum solus Deus & nemo alius *requies* *veris die*
septimo, signum est, quod ille solus per semet-
 ipsum immediate operatus fuerit, & opere-
 ritur. Cur igitur nos alteri commitemus, quod
 per nos ipsos facere possumus? Porro in hoc
 puncto Chanana licet gentilis & idololatra
 se prudentem & celestis Magistri discipulam
 probavit, dum in persona propria ad Chri-
 stum pro sanitate filie impetranda se recepit:
Ecece mulier Chanana à fratribus illis aggressa.
 Et non ad Apostolos recurrit, ut scilicet hi ad
 impetrandam gratiam se mediatores exhi-
 beant, sed per semetipsam rogat, dicens: *Mi-*
serere mei Fili David, filia mea malo est. In
 Cana Galilæe solempnes celebrantur sunt nup-
 tiz, ad quas Christus invitatus libens cum dis-
 cipulis suis concessit. accessit quoque ad illas
 Maria mater eius, convivium quoad epulas
 copiosum erat, & invitati convivæ summa cū
 civilitate in illa regione usitata tractati fuere.
 Promacanda in hisce nuptiis læticia, Archi-
 trichinus vero jubilus erat, qui in convivium
 vulgibus residentes interiorum cordis
 singulorum testabantur læticiam: vina sui
 præstantia cum epulis certabant, erant enim
 illa in omni perfectione exquisita, hæc vero o-
 mne in se condimentum habebant, quod ad
 summam læticiam exquiri poterat. Ex impro-
 viso autem inter convivæ ministros murmur
 aliquod nascitur, hic enim hydrias manu
 indicat, alter easdem levat, & justo leviores
 deprehendit, alius cum alio con silis tractat, al-
 ter humeros contrahit, ille turbatur in visu,
 iste ad aures appropinquans in secreto sodali
 suo loquitur, alius libenter cum dextertate
 aliqua Dominum & Sponsam nuptiarum ac-
 cessisset, ut occurrentem defectum ei innue-
 ret, nisi ex altera parte serenitatem solemnita-
 tis turbare & impedire timuisset. Virgo ma-
 ter ministrorum illorum turbationem mode-
 ste observat, eamque ex vini defectu oriri vi-
 dens, Sponsisque compatiens ad Christum
 conversa, eum precatur, ut huic confusio-
 ni prospicere, & necessitati subvenire dignaretur:
Deficiente vino dixit Mater IESU ad eum, vi-
num non habens. Joan. 2. Dominus autem Ma-
 tri suæ ea ratione respondet, ut haud imme-

ritò videri potuisset in ejus petitionem noluisse
 condescendere: *Dicit ei IESUS, quid mihi*
et tibi est mulier? Obstupesco hic, quomodo
 Deus, qui in quovis occurrente calu promptis-
 simus semper fuit ad præstandas gratias, ali-
 nisque necessitatibus succurrendum, in præ-
 senti solum casu ad faciendum miraculum, li-
 cet id à Matre sua fuisset expostulatum, fasti-
 diosum se & invitum ostendit. Dionysius
 Carthusi. respondet ibid. art. 7. Christum hisce
 verbis non negasse petitem subsidium, sed
 hanc responsonem dedisse, *docens nos, ne ha-*
beamus affectum nimis carnalem. *Emolium ad*
carnales parentes. S. Joannes Chrysost. ibidem
 dicit, quod *Maria impetivò miraculum pe-*
tebat, nondum enim erat aptum tempus, quando vi-
vi defectus erat nondum notus, ut tali miraculo
Christus manifestaretur. Tolctus subiungit ver-
 ba illa hunc sensu habere: *Opus quod petis, non ex*
humano pendet obsequio, non iura filiationis hu-
mano exhibendum est ratione, sed ex divina pendet vo-
luntate. Ex mente Bedæ autè significare vole-
 bat: *Se divinitatè, qua miraculum erat parandum,*
non temporaliter accepisse de Matre, sed per con-
nitatem semper habuisse de Patre. Porro omnes
 hæc expositiones & aliz, quæ præter illas in me-
 diu adduci possunt, optimè quidè procedunt,
 nulla tamen illarum ad præsens propositum
 meum quicquam conducit. Atq; ideo dum ego
 ad alium Scripturæ locum enodandum transeo,
 vos interim spiritum rogate celestem, ut ta-
 lem menti meæ resolutionem præsentis dubii
 suggerat, qualem & vestrum desiderium &
 præsentis discursus argumentum expectant.
 5 Verbum incarnatum unà cum discipulis
 suis Jerosolymam ascendens, variis cum illis
 sermonibus tristibus & lugubres miscuit, scilicet
 quod in ea urbe tradendus esset in manus ini-
 micorum suorum, illudendus, flagellandus,
 crucifigendus, & moriturus, interea vero in-
 de egressa conjux Zebedæi cum duobus filiis
 charissimis, viscerum suorum pignibus, Ja-
 cobo & Joanne larus ejus utrimque stipantibus,
 quæ venerandam & humilem se ad pedes
 ejus prosternens, cum omni modestia &
 affectu instanter ab eo hanc gratiam, hinc ver-
 bis petit: *Dic ut sedent hi duo filii mei, unus ad*
dexteram tuam, & unus ad sinistram tuam in
regno tuo. Mat. 20. Cui petitioni Dominus
 non assuit, quia pupillas ad planctum & ad
 non ritum accommodaverat, nec tamen etiam

turbatus fuit, qui potius materni affectus
impulsus ad honores filii suis procurandos
quam ex similibus compallus fuit: verum
Thabar absentes exhibuisse charitatem: Nec
quidem est, quod petiam gratiam non ex-
pelle negaverit, sed neque expressit eandem
pelle negaverit, sed neque expressit eandem
concessit, sed hinc moderatis verbis ei re-
spondit: *Nescitis quid petatis.* Die fodes d mi
Rector pro animæ mez, an non hocce juve-
nes ageris? Nunquid scis ipsos tuos esse cog-
natos? Curigitur eis respondes: *Nescitis quid pe-
tatis?* Nunquid aptus dixisses, te illorum pe-
titioni, ubi tempus & occasio id tulerit, sa-
tisfieri curum esse? Item certum esse existi-
masti Christum hoc illis responsum daturum
non fuisse: nisi illud jure fuisset promeriti.
Unde Paulus de Palat. ibi dicit Christum per
hæc verba inferre voluisse hunc sensum: *Credi-
ditur vobis honoris petitis summum onus Ra-
beas autem Christum illis hoc modo re-
spondisse: Quia sedem gloria, quam nondum
merentur inquirunt.* Chrysol. verba illa hunc
sensum habere docet: *Ego vos vocavi ad partem
decorum de sinistra & vos vobis consilio curri-
tis ad dextram?* Ludolphus de Sax ibid. ita expli-
cat: *ut scilicet: Honores Ecclesie non sunt dispen-
satiæ præterquam in sanguine sed ex idoneitate
per rationem scientiæ & virtutis.* S. Hiero-
nymus gratiam quandam instituit inter Nes-
citis quid dicitur dictum Jacobo & Joanni, &
Car. D. *Nescitis quid diceret: quod semel S. Petrus re-
spondit: Nescitis quid dicitur, scilicet arguatur im-
petra, som de Petro dicitur: Nescitis quid dice-
ret.* Verum enim vero quomodo veneranda hæc
maxima dicitur nescivisse, quid peteret, quæ
in spectandis gloria illius invitata eâ sine
falsis & potius desiderabat. Commorabatur
suo Detalique personis sanctis quibuscum-
que perpetuum commorari desiderabat?
Nem forte petio ejus illicita fuit? Aut
eadem cum non sufficienti modestia propo-
suerit? Aut illi pro quibus postulabat fuisse il-
lus impetratione indigni? Imo vero B. Archi-
episcopus Valentinus Thomas de villa nova
fuit de terris exhortatur nos, ne ab hoc beato
monite per meditationem nunquam recedamus
Mons: *bonis culmina inquit, stabiles remanemus,
qua enim vestra sunt & amara, pestiferaque om-
nia & labili terra veneno; hic pax, hic securi-
tas, hic salus, hic gaudium, & si quis veri boni est,
in hoc solo monte plenius possidetur.* Cur autem
Petrus a SS. Evangelistis Marco & Luca repre-
hensus fuit? Cum Palchasio Roberto in c. 17.
Poliiti Quadragesimali.

Titus
Boffr in
c. 9. Luc in
Cat. D.
To Orig.
in Mart.
ap. D. Th.
in Cat c. 9
Marc.

Tolet. ibi.
in com.

Titus
Boffr in
c. 9. Luc in
Cat. D.
To Orig.
in Mart.
ap. D. Th.
in Cat c. 9
Marc.

Tolet. ibi.
in com.

difficultatis maxime subsistit, etenim Christus noluit ut alius mitteretur, sed ex cum ipsum met in propria persona eo abire voluit, ut demonstraret salutis nostrae negotia tractanda esse cum Deo immediate per nosmetipsos, & non per interpositam personam. Cui datus est, ut salutis sui negotia ipse per se ipsum perficeret, nulli illa credat, nulli committat, ut quod lucem obtinuit hincce me dicit, Abiit & laurus, venit videns. Merito igitur moti fuerunt duo Evangelistae, ut dicerent, Petrus extra propositum locutum fuit illis Non enim sciebat quid diceret, siquidem se velut mediator interpositum in favore Elizae & Moysis: si enim habitacula velint, ipsum Christum recedant, easque ab ipso postuleat: Petrus non rogavit de tabernaculo pro se, inquit Ambrosius Lamocensis, ideoque non dixit: Faciamus mihi unum tabernaculum, sed rogavit pro aliis dicens: Moysi unum & Eliae unum. Et videtur Nesciebat quid diceret. Ita quoque S. Jacobus & S. Joannes Nesciebant quid peterent quia Matrem tanquam mediatricem inter, offerant, quasi dicerent, ut scribit Chrysostomus in 2o Matth. Submittamur matrem nostram, ut suo nomine deprecetur pro nobis. Et quae ob rem existimatis Saluatoris in nuptiis Cana hoc matri dedisse responsum. Quid mihi & tibi est mulier: Nisi quia non his qui indigent regere oportuerat, non a matre. Vinum enim petere Sponsam congebant, qui nuptias instituerat. Per omnia igitur saecula celebrabitur & laudabitur mulier haec Evangelica, eo quod tanta cum prudentia negotium suum gesserit, dum non obstitit sua necessitate neminem, sed ipsa met in propria persona abiit, non adhibuit Apostolos, sed per se met ipsam preceata est: Ecce mulier Chananaea a sinibus egressa clamabat dicens: Misere mei fili David filia mea male a demonio vexatur.

6. Non immerito hic mihi quis obijciat dicendo, quod prohibere, ne negotium committatur alteri, qui illud agat & promoveat, si dem quod negotium illud constituere in compromissam, cum tamen e contrario perspicuum sit, quod interponere intercessores, imo etiam eisdem multiplicare idem sit, quod negotium illud de quo agitur facilitate, & in viam bonam dirigere cum spe consequendi finem juxta vota & desideria, dicitur enim communiter Multiplicatis intercessoribus largiari. Multae voces ut scribit Plutarchus in aera elevata, vim habent obtunden di aures: integro cuidam avium volantium gregi, etsique pra-

cipiendi in terram lapsum procurandi, id quod duntaxat voci impossibile esset, ita multos interponere ad negotium aliquod tractandum, illius eventum feliciter & facillime reddidit, ut paulatim juxta votum animi succurreretur effectum. Vnde S. Jacobus nobis suadet ut in occurrentibus casibus nostris, precipue si infirmitates acciderint nostrum ad religiosos refugium habeamus: Infirmitate quae in vobis inquit, inducat presbyteros Ecclesiae orant super eum Jacobo 5. Nunquid etiam S. Paulus ad amicorum suorum preces recurrere cum diceret Obsecro vos fratres ut ad me venissem in orationibus vestris promittit Rom. 15. Et quos est qui nesciat quod S. Thomas Doctor Angelicus in addit. ad 3. p. q. 72. 2. nos doceat sanctos invocare tanquam mediatos apud Deum necessarium & utile esse: Debemus in his interpellare ad orandum pro nobis, sancti enim qui sunt in patria, magis sunt accepti quam in terra nostra. Vnde expresse deducitur, optime fieri, si qui mediatos adhibeat tam apud homines quam apud Deum, ut postulata pro voto obtinere possit. Quantum ad hoc abicit, ut vobis contradicam, dico equidem quod mera vanitas sit mediatos apud Deum requirere, ut sine procuratore, nisi tu quoque precibus tuis concurras, caveasque ne vitae alicujus perditio dissolutionibus in praedam cedas. Etenim certum est, quod nonnulli inveniantur, qui Dei vel animae suae nunquam recordantur, nisi quando virum aliquem spiritualem, aut alium aliquem religiosum, vel probum Dei servum obvium habentes, ei dicunt: Pater ora Deum pro me quia valde tua oratione indigeo. Itane indiges subsidio alieno? nec sollicitus es, ut juves temetipsum? O merito ridendam stultitiam. Sed quid tandem de te futurum est? Nulla est negligentia venia, ubi de salute cogitatur, inquit Vegetius de re milit. 1. 3. c. 5. Porro velle religiosus hic vel ille orer pro te idem est, quod desiderare fructum fructus laborum quos ille seminavit, & te sententis illius metere velle metem. O quae felicitas est ista ex parte tui, tu enim ducis in bonis dies tuos, bonas horas tuas in chartis usoris, taxillis, & proflibus inutiliter transigis, & visur alii orationibus genufflexionibus, & jejuniiis tui causa conficiant? Non nobiles & Principes hominum dicit inquit sacer quidam & famulus scriptor in primis deo & fidentes in aliorum operationibus, vigilat & lacrymis, cum mihi ipsorum efficerent. Oppos-

Didac. Ba.
2. p. 1. in
Evang. h.
10. c. 3. 9.
133.

Ambr. ros.
Lamoc. in
Dom. 2.
Quadr.
19m. 19.

Chrysost.
in c. 2. 1e.
in Cant.
D. Th.

tunc hinc inde dissoluti, & vanitatibus
 mundi totaliter dediti viri ridendum & lepi-
 dum factum; hic namque & penumero Con-
 ventum quendam Religiosorum magnis ho-
 noribus manebat, optimas illis mittendo
 provisiones in pane, vino, companatico, &
 aliis, simulque illos rogando, ut pro ipso pre-
 ces ad Deum speciales funderent. Boni igitur
 postlibenter à dicto Nobili receptam charita-
 tem nocturno tempore matutino finito, men-
 tem benefactoris devotè in choro adimple-
 verunt, per rigidas disciplinas, & orationes
 mentales. Sed quisnam erat horum bonorum
 operum fructus? Boni servi Dei edificabant
 quidem, sed benefactor bene fabricata à fun-
 damentis omnia demoliebatur, id est, (ut
 clarius intelligatis), eodem tempore, quo
 Religiosi pro sua bona perficiebant pro ipso,
 ipse pessime & scandalosissime vivebat, ap-
 plicando se ludis, crapulis, & turpibus carnis
 voluptatibus. Absit, ut similes imitemini;
 quis potius considerate & cunctimini
 Chanaanem, quæ alium non requisivit, quàm
 sui ipsius diuturnam favorem: *Et ecce mulier
 Chanaan.* Verum quidem, eam idololatram,
 & hecaram Gentilem fuisse, max tamen ut
 suum agnovit errorem, ut se de gratia desiderata
 nihil scilicet obtinenda securiorem redde-
 ret, idololatram & infidelitatem suam deserit,
 sequens tanta fide præditam esse declarat, ut
 ipse Salvator noster ei dixerit: *O mulier,
 magnam salutem fiat tibi sicut vis.* O sapien-
 tiam mulierem! O sceminam verè prudentem!
 7. Eam verò, ut mulier hæc Evangelica in-
 tentio sui obtineret & evinceret conclusionem,
 qualem adhibuerit præmissas, attentè velim
 observare: *Miserere mei Domine, fili David.* Hoc
 est accedens: *Filia mea male à Damonio vexa-
 ta;* hæc est consequentia. O quàm pulchrum
 & ingeniosum est hoc enthymema! Dicendo
 etiam *Domine, Christo velut Deo* acclamat:
 subijungendo autem: *Fili David,* eum ut homi-
 nem honorat. Unde Abulenſis: *Confitebatur
 Christum esse Deum & hominem; nam in quan-
 tum venerit eum Dominum, ostendit eum Deum;
 in quantum vero Filium David dixit, ostendit esse homi-
 nem.* Inque non alio fine, quàm ut hæc & in-
 tantum suum posset feliciter assequi: (U: Do-
 minum ad beneficentiam exciter, de indulgentia
 Filium David nominat, qui ad beneficia con-
 ferenda fuerat suam proclivis. Porro tamen si

S. Paulus mulieribus publice docere prohibeat:
Mulier docere non permitto, nemini tamen in-
 gratum sit, aut displiceat, per documenta Cha-
 naanæ nostræ in prudentia proficere, dum
 ipsam videmus verbis & factis eum honorare,
 à quo favorem aut beneficium nititur obtine-
 re. In necessitatibus enim humiliari oportet.
 Nota est omnibus sequens historia: Nam in
 terra Chanaan ob nimiam cælorum in clemen-
 tiam, intolerabilis quædam oborta fuerat an-
 nonæ caritas, nullibi panis, aut farina, vel gra-
 na pro pecunia comparari poterant, adeo ut
 non solum pauperes, sed & divites animo de-
 sponderent; universa namque terra omnis erat
 annonæ inops, & summè egenæ, adeo ut ipsa
 granaria veluti jam jam de novo fabricata esse
 viderentur. Herbarum pascua tam hominibus
 quàm animalibus communia erant. O quot
 erant, qui mortem sibi desiderabant, & ven-
 abantur, eandem minus malum esse censentes,
 quàm videre filios suos à famis crudelitate sibi
 paulatim eripi. Jacob numerosam habebat
 undecim filiorum familiam, qui quantumvis
 divinæ attribisset providentiæ, quia tamen
 non minus aliis vicinis suis domi suæ summam
 experiebatur penuriam, & majori præ quovis
 concive suo gravabatur familiæ numero, do-
 mus suæ formidabat interitum. Interea fama
 ad aures ejus percrebuit, Vice Regem Ægypti
 ob prævulos calamitosos hosce annos, ad sub-
 veniendum vicinarum gentium necessitatibus,
 ingentem sibi comparasse granorum quanti-
 tatem; cunctos ad se filios advocavit, & dixit
 eis: Universales utique calamitates oculis ve-
 stris cernitis, nec est quisquam vestrum, qui
 præsentis temporis calamitosas cum intimo
 sensu non perferat necessitates; accingite
 vos, ut eatis in Ægyptum, cujus Regni Vice-
 Rex, prouti fide digna relatione percepi, tanta
 erga communem hujus temporis penuriam
 compassionis afficitur, eaque benevolentia sin-
 gulos subsidii causa ad se venientes prosequi-
 tur, ut neminem dimittat, nisi frumentis bene
 onultum, dum modo [ut postulat æquitas] o-
 rata frumenti quantitate suam quoque pecu-
 niam adferre non omittat. Accipite igitur,
 quantum satis est, pecuniarum, abite, & dean-
 nonæ sufficientiam domui meæ prospicite. Filii
 Jacob, utpote patri suo obedientes, ita sibi
 impostum omni possibili studio & sollici-
 tudine accelerarunt, adeo ut in Regiam Pha-

x
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200

ranis confestim appulerint, per viam nam-
 que se à fame necessitatis calcantibus valde ad
 properandum sollicitati senserunt; Enim vero
 ad vice Regis audientiam introducti, mox ad
 eius pedes prostrati, cum genuflexi adora-
 runt, dicentes: *Servitui sumus*. Verum, dicat
 aliquis, cur non potius se filios Jacob esse di-
 xerunt, viri nimirum è melioribus qui sunt
 in Chanaan optimi? quod si frumentum do-
 no sibi dari, aut sub credito sibi mutuari pe-
 tissent, adhuc aliqua subsisteratio, cur se
 seruos & consequenter valde obligatos esse di-
 cerent hoc autem minimè prætendebant, ut
 prore qui promptam, optimèque expeditam
 pecuniam darent, frumentique pretium in toto rigere
 persolvere statuerant. Cur igitur ei dicunt
Servitui sumus Genes. 42. Quod si grana prom-
 pta pecunia empturi Ægyptum ingrediuntur,
 cur tantas humilia-
 tiones & submissiones adhibent? Emptor pecu-
 niam sine mora enumerans nullam profusus
 habet (submissionis alicujus erga venditorem
 obligationem: Joannes à S. Geminiano. 4. c.
 38. dicit, Camelum hæc esse proprietate natu-
 raliter præditum, quod Quando oneratur,
 se inclinans coram hominibus humiliatur, &
 super genua incurvatur. Unde nonnemo in-
 geniosum sibi Emblemata confinxit, depingen-
 do Camelum actualiter pro accipiendo onere
 anterioribus pedibus genuflexum & inclina-
 tum, cum hac subjuncta Epigrapha: *Donec
 accipiat*. Decem itaque filii Jacobi in præsentia
 Vice Regis constituti, facti sunt veluti
 Cameli quidam, qui genuflexi humilitatis
 actus Vice Regi exhibebant, eumque si xo-
 peplite, inclinato capite, verbo & opere ho-
 morabant dicentes: *Servitui sumus*. Sed quo-
 modo: *Donec acciperent*. Fames illis infesta erat,
 necessitas eos adstringebat, sacci eorum ina-
 nes & vacui erant, grano onerari, & cum gau-
 dio in Chanaan reverti desiderabant. Atque ideo
 tor cum submissionis actibus sibi devincire
 studebant, inquit Olearius dum ait: *Quoniam
 videbant se illius ope indigere*.

8. Pientissima peccati x Magdalena unguē-
 tis pretiosis copiosè instructa ad sepulchrum
 corpus Redemptoris pro temporis & gentis re-
 gionis illius consuetudine ianctura conce-
 dit; cumque corpus Dominicum in eo non
 invenit, furim inde sublatum esse credens,
 per Jerosolymitanæ urbis confinia illud sum-
 mo studio quaesivit. Tandem in virum quendam
 rudi & lacera veste indutum incidit, quem ex
 Scipione, quem in humeris gestabat, quibus
 hortulanum credidisset, prout ipsa quoque
 eum vere esse judicaverat: *Existimans quia
 hortulanus esset*; & ad cuius se pedes prosti-
 tulit, lacrymosis ac suspirantibus oculis,
 verbisque ex gemitu intercessis cum
 omni fervore & affectu eundem precabatur,
 ut si forte aliquem sibi obvium videret, qui
 corpus Domini è sepulchro ablatum, in hu-
 meris suis alio deponeret, id sibi indicaret
 non gravaretur, id quod dicebat subdubitan-
 do an non forte implemet, cui loquebatur, Do-
 minici fuisset corporis prædator: *Domine si tu
 sustulisti eum dicito mihi*. Verum enimvero, d
 Magdalena, si scirem tibi non futurum mo-
 lestum, & quod dignam velletuis dare suspi-
 ratis tantillas inducias fidè respondendum mi-
 hi, scelerarer utique ex te, an eum quocum-
 que locuta es, ejusque conditionem cognos-
 cas; Dic ergo mihi fides, scisne quisque qua-
 lissimam ille sit? Ex veste qua indutus est, & ab
 exercitio quod proficetur, ego illum hominem
 aliquem vilem, abjectum agricolam, vel
 hortulanum, aut rusticum aliquem esse cre-
 stimo: *Existimans quia hortulanus esset*. Quod
 si gignit opinaris, cur ei Domini titulum
 attribuis? Tu quæ nobilis es, opulenta, potentium
 castellorum Domina hominem colonum
 & rusticam villæ incolam Domini titulo
 mactabis? nimis es in vili plebe exaltantia,
 & nobilitanda plebecula ignobili, benigna
 & facilis, Quod si hortulanum Dominiam
 vocas, viros nobiles quoniam titulo com-
 pellas: *Quid audio* [inquit Moderatus
 quidam] *si hortulanum existimat, qua ratione
 tanquam Dominum consulas? Hortulani con-
 ditio & magnificæ Domini appellatio, quomodo
 consonant*. Alius quidam scripturæ locus, punc-
 non multum ablimilis, qui in Regum libris
 reperitur ad præsentis difficultatis propositum
 elucidandum mire deserviet. Nam dum exercitus
 Iraelis cum Philistæorum & gminibus cru-
 delia inter se prælia agerent, contigit de qua-
 dam hoste victores evadere, illos vero tan ingenti
 clade affici, ut triginta pedum millia in lo-
 co conflictus occuberint mortui, & inter
 cætos nominatim duo filii Heli: Ophai &
 Phinces, imo ipsammet quoque amiserit arcam
 dei, quæ in Philistæorum erat potestatem red-
 dita. Inter multos autem qui timore percussis
 fuga sibi consuluerunt, fuit miles quidam de
 tribu-

tribus Benjamin, qui venit in Silo; adeo autem miseram sui speciem præ se ferens, ac si è vepre aliquo à spinis malè dilaceratus crepississet, aut per manus eruentas transisset latronum, qui in conspectum Heli perductus, clamit: *Ego sum, qui veni de pralio, & ego, qui de ore fugi hostie.* Vix terra arida adeo est avarum sitibunda, quam Heli avidè belli, seu huius utrimque prælii exitum ab hoc milite tendere desiderabat. Unde vix eum adesse audebat, cum ecce subito, quæ nova adferret, eum interogabat: *Quid actum est, fili mi?* Cur obsecro Heli virum hunc filium suum appellat, quem satis aperte militem, eumque gregem esse cognoscebat? aut si eum neutrum novit, cur verbis adeo benignis eundem excipit? Etenim fuit hæc singularis huius bonæ sensus prudentia, nam bonis eum appellare, & filii amabili nomine eum appellare voluit, ut exitum belli, statim quoque accer Deo, & filiorum suorum sincerè ei exponeret. Ita S. Gregorius Papa id ipsum exponens dicit: *Eum filium vocat, à quo quid actum est, hæc est hæc apparet. Honor igitur appellationis non ad amorem referatur, sed ad calliditatem.* O prudentem matrem igitur mulierem! O Magdalenam sapientem, in hæc æstutam & providam! ad captandum hortulani benevolentiam, ad hoc, ut honorificeretur, an verò ille Corpus Domini & Epulatio sustulisset, aut alium id fecisset: cum hoc Domini titulo honorare voluit: *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi.* Hanc artem vix eius intentionem fuisse, certum est apud multos Expositores. Beda enim dicit: *Hæc aliam dicitur mulierem, quæ hortulanum dicitur Dominum, rogabat & honorabat hominem, à quo beneficium postulabat.* Cardinalis Toletus ait: *Dominum appellat, quia facile eos honoramus, à quibus impetrare aliquid volumus.* Glossa ordinata ait: *Quem putat hortulanum, vocat Dominum, ut honorificaret hominem, à quo rogabat beneficium.*

9. In libro Numerorum legitur, nuncios quosdam ad Regem Balac missos esse, qui eundem Balaam iuncti se accinxerunt, ad visitandum eum. Quæ dicitur Rex certior factus, omnes regie suæ aulicos congregari fecit, ut cum illis Balaam obviam procederet, pervenitque usque ad castellum Moabitarum, locum nimirum in ultimis Arnon confiniaibus situm: *Egressus enim occursum ejus, Numero-*

rum 22. Itaque Rex tanto honore vulgarem hominem dignatur! & supra omne debitum personam nunci honorat! Verum quidem est, Magnates decere, quod inferiores æstiment, & honorent, ne contraveniant legibus; unde Plato Dionysio Syraculano dixisse, vel scripsisse fertur: *Si nostra tibi placent, nos quoque honorare debes. Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego sequar, honoratus enim à te, & te honorabo, non honoratus autem, conquiescam.* B. potioris §. 1. capite de offic. rect. provinc. Plato apud Bart. Cassian. part. 1. confid. 23. num. 1. Hoc inquam verum esse fateor, verumtamen omnis nimietas sive excessus etiam in honoris exhibitione culpandus est. Et quidem non parum admiror tantum ceremoniarum apparatus, quo Balac Rex Balaamum excepisse fertur; scio etenim, quam ingens sit Principum superbia, quamque sublimis Regum Majestas; siquidem neminem dignantur alloquio, & vilitatem æstimant non esse superbam. Integro aliquando anno hærebis in curia, donec introducaris ad audientiam; idèque per memorialia illis loqui oportet; nec sufficit, si fortuna favens te in eorum adducat aspectum sive præsentiam; siquidem elato supercilio elongè te respiciunt; & te fallidè sars te ab illis nihili fieri demonstrant, & tergum vertunt. Vix sermonem ad illos exoris es, quin vel per semiverbum tibi respondeant, vel dicendo sufficit, os tibi obstruant, nec ulterius loqui permittant. Uno verbo, vilitas apud ipsos æstimatur esse, si nimiam vilitatem hominibus dignationem exhibeant. Cur igitur Balac Rex adeo se erga Balaamum urbanum & benevolum exhibet, ut ipsi cum tota regia sua obviam procedat, eumque ad palatium regium in propria persona conducatur, velitque, ut pari secum gressu obambulet, ac denique regis ovium & boum transfusis muneribus honoret? Unde quis so nascitur honor iste, qui Balaamo à Rege quodam exhibetur? In libro 3. Regum 14. factum aliquod huic per omnia simile repetio. Sanctus namque Dei servus Amias Silonites commorabatur in Silo, verum tantà honorum decrepita ætate oppressus, ut humanis operationibus obcundis inhabilis esset; cadentia namque & sessa corporis sui membra grallis, dum incederet, inniti debebant, jamque amicorum oculorum lumen perdidit, adeo ut nulli alteri rei utilis esset, quam ut vocibus sana-

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and other illegible characters.

21. Nisi sciam, officium Dæmonis virtutum mortalium omnis generis expertem esse, nec alias in ea metes præter malitiam contineat, dicerem ipsum quoque prudenti ali qua in eo, quod cum Christo nonnusquam habebat commercio, usum fuisse; quia verò hæc eius non debet, dicam ad minus ipsam se æternis saltem prudentem simulasse, licet fuerit malitiosus: Audite igitur ap præteritum, non verò realem inimici inferna- lis præcedentiam. Postquam Dei Filius sedatâ mansu tempore, tranquillitati illud restituit, & navigo in Gethsemani regionem excedit, locum nimirum ex opposito Galilææ locum; vix autem pedem in terram si- zioni, cum ecce dæmoniacus quidam coram se præterit, ad ejus se pedes prostravit: *Is ut videtur IESVM. præcitat autem; adeoque a- ctum quendam exhibuit, qui in quovis alio præterquam in ipso æstimari potuisset actus reverentæ & humilitatis; ac proinde Diony- sius Carthusianus ibidem articulo 22. fol. 163. columnæ 2. lit. G. dicit: Præcitat diabolus ante IESVM, non humilitate, sed necessitate, non a- more, sed timore gravioris supplicii. Atque cum voce, in præsentia omnium Christum honorat, ipsum verum Dei Filium acclaman- do. Exclamavit voce magna, & dixit: quid mihi est IESU Fili Dei Altissimi? Imò S. Marcus, qui idem factum rececit, dæmonem adorasse servatorem asserit, dicens: Videns autem IESVM à longe, eucurrit & adoravit eum. Liceat mihi hæc, & Auditores, circa factum istud quædam parvam movere difficultatem. A- dnotat Pater determinat unigenitum Filium suum adorandum in hunc mundum mitte- re, omnibusque Angelis sub. tō creatis eum cætes, inique præcipit, ut eum veluti superio- rum suum recognoscant & adorent: prouti san- ctus Paulus id ipsum Hebræis in scripta ad eos epistola significavit, dicens: Et cum iterum in- troduci primogenitum in orbem terra, dicit: Et adoravit eum omnes Angeli dei; quæ verba à S. Anselmo in cap. 1. ad Hebræos, fol. 454. co- lumnæ 1. lit. B. ita exponuntur: In qua huma- nitate eum adorare monentur Angeli, quia in- doctitate, ut adorant eum, non indigebant ad- monitione. Et quia homo unitus deo adoratur ab Angelis, quia longe melior est ipse, quàm Angeli. At si Patet æterius hoc modo Ange- los alioquus fuisse: Quid videtur vobis, &*

cæli cives, & cælestis regie meæ aulici? Nun- quid filium meum, ubi incarnatus fuerit, ad- orabitis? Quid? inquit Lucifer cum suis se- quacibus: Adorabitis? Ego, cui obsequia & sevirutem omnes empyrei cæli habitatores de- ferunt, quemque reverenter adorant, me erga hominem submittere & inclinare debebo? Egone permittam, ut homo gloriosi possit, se naturæ meæ excellentiam coram pedibus suis humiliatam vidisse? Nunquam in ætere- num id facturus sum, potius cælum rui: Eo- qua enim in re ego Deo inferior existo? Vel, quid Deus excellentiæ in se continet, qua me antecellit? In cælum ascendam, super astra dei exaltabo solium meum, sedabo in monte testa- menti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Tan- tum abest, ut ego adorem, vel me submittam creaturæ alie, tantum me inferiori, quan- tum terra cælo inferior est. O superbia Luci- ferina! Verum enim verò, quantum hic ip- sum à semetipso differentem & mutatum in- venio, quando ipsum ad incarnati Verbi pe- des humiliter prostratum, ipsumque Verbum reverenter adorantem conspicio: Videns IESVM à longe, eucurrit & adoravit; imò eum honoravit, expressit ipsum Filium Dei prædi- cando & confitendo: Et clamans voce magna dixit, quid mihi est tibi IESU Fili Dei altissimi? Et tamen certum est, quòd Dæmon adhæret malo inflexibiliter. Vetuntamen, & Auditores, cesser omnis admiratio, quia sicut Chananea laudatur prudentia, quando dixit: Misere mei fili David, quia aspirabat ad hoc, ut Dæmon è filia sua expelleretur: Filia mea male à Dæ- monio vexatur: Ita in hoc rebelli spiritu admi- ran oportet ejus astutiam, ejusque observare malitiam; siquidem idcò Christo humiliatur, eumque adorat, & verum Dei Filium esse præ- dicat, quia duas ab eo obtinere gratias deside- rabat, scilicet, ut eum non torqueret, Luca 8. Obsecro te, ne motor quæris; ac denique, ne eum condemnaret: Ut in abyssum irer. Tangitur causa [inquit Dionysius Carthusianus in ca- pite octavo Luca, fol. 163. columnæ secunda, littera G.] cur præfata verba veritatis, laudis- que Christi dixerit Diabolus, qui mendax est ab initio, formidabat à Christo expelli, atque ab hominum laesione compesci; timuit quoque à Christo in infernum deirudi. Considerate igitur hoc factum, & Auditores, & negligendo

Ambros.
Cathar. in
cap. 3. Ge-
nes.
Jacobus de
Valen. in
Psalm. 82.
Ionn. Vi-
gna. de in-
fite Theo-
log. c. 3. §. 2.
vers. 15.

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Ambrosius' and other illegible scribbles.

nas colligite rosam; præciudicate ab opere malitiam, & desistantes astutiam, observate actionem, & Chanaanæ imitatores estote, quæ sine malitia, & cum non vulgari prudentia, ut scribit Abulensis in cap. decimoquinto Math. fol. 139. cap. 3. *Cecidit ad pedes ejus in terram prona, vel genibus flexis, quod erat adorare.*

12. Verum enim verò, quot sunt, qui hujus Evangelicæ mulieris prudentiam posthabentes, diabolicæ malitiæ discipulos se declarant! Verum quidem est, quòd multi adorent Deum, & honorent Sanctos aliquo saltem signo religionis, hoc tamen nunquam faciunt, nisi quando se in necessitate constitutos inveniunt. Si cures celebrari Missam, si gloriam Deo tribuis frequentando Ecclesiam, id totum idèd à te fieri, mihi persuadeo, ut Deus ab immissa tibi tribulatione, te liberet. Quando Deus te visitat, gravem quandam infirmitatem immittendo, quæ te nocte dieque affligat, tunc subito te Virgini sanctissimæ recommendas, faciendum votum de servando quovis Sabbatho jejunio in pane & aqua, licet aliàs in toto vitæ cursu nunquam jejunaveris, ne quidem in vigiliis à sancta Dei Ecclesia præceptis. Quot sunt, qui jejunant duodecimâ Decembris, & die octavâ Februarii, qui utique non jejunarent illis diebus, nisi vehementer paterentur oculorum & dentium dolorem? Quod vel in de pareat, quia postquam exciderunt omnes dentes, facti edentuli, nunquam jejunant amplius. Sic quoque videmus, quòd qui ob commissam quoddam delictum in carcere vinculus sedet, si videat causam suam paulatim deteriorem fieri, longiusque produci, nunciat uxori suæ, ut Rosarium, & Officium beatæ Virginis sibi mittat, vitam deinceps suam emendare, & semel ad minus quovis mente confiteri, sibi proponit: Nolo dicere, quòd hæc ineundo consilia malefaciant, sed hoc tantum conor inferre, quòd idèd solum Dei recordentur, quia scilicet adversitatibus premuntur, & idèd glorificant eum per opera virtuosa, quia ad id adstringuntur per necessitatem, quam optarent evadere. Moyses Propheta veluti Dei Legatus ad Pharaonem mittitur, ut Dei nomine eidem præcipiat, ut populo suo libertatem restituat, Exodi quinto. *Hæc dicit Dominus Deus Israël, dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto.* Quid mihi

negotii intercedit cum Deo tuo, respondet Pharaon: nescio Deum tuum, nec ullam ejus habeo cognitionem; ego, ego arbitrium meum Dominaus, nec quemquam agnosco, quilibet quam mihi præcipiendi habeat auctoritatem: *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus? & dimittam Israël? Nescio Dominum & Israël non dimittam: O maledicte Atheista! O Ethnicus! O barbare!* At verò paulò post Aaron juxta Dei præceptum, fluminum, rivorum & paludum aquas virgâ suâ tangit, & confestim tot ranæ egressæ sunt, ut universam impleverint Ægyptum: Quando Pharaon somnum captivus lectum petebat, eundem ranis undique oblectum inveniebat: Quando mensæ accumbat, mox ranæ in fercula exiliebant, thronus quoque, in quo cum Majestate sedebat, à meris ranis occupatus erat: Quando ambulabat, ad singulos pedum suorum gressus intergi levabantur ranarum turbæ: quando sedem capiebat, ranæ conglobatæ in eum congeriebant: quando de die à negotiis se subducens somni dulcedine fessâ volebat recitare membra, ranæ eidem plusquam muscæ imposturæ erant. Unde exclamare cogebatur: *Aheu, quid est hoc! impossibile est vivere cum istis ranis, unde tanta ranarum prodit multitudo? Heus Moysen & Aaronem advocas, quos coram se comparates, blandè allocutus est, dicens: Obsecro, rogate Deum vestrum, ut maledictionem hæc à me dissipet, neque enim amplius vivere possum, promitto vobis in fide Regis, me vos, & populum vestrum liberos protinus dimissurum esse: Orate Dominum, ut auferat ranas à me & à populo meo. & dimittam populum, ut sacrificet Domino.* Antea Pharaon Deum non cognoscebat, nunc dicit, *Orate Dominum:* antea inobediens & obstinatus, populum volebat dimittere, nunc dicit, *Dimittam populum:* antea audire volebat de sacrificio ab Israëlitis Deo in deserto offerendo, nunc subito respicit, dicendo: *Dimittam, ut sacrificet Domino:* Verum nolite mirari, ipse namque Deum recognoscit, & tunc tantum æstimat, quando se in necessitate constitutum conspicit. Audite Origenem: (Iste qui modò dicit: Nescio Dominum, postea cum vim senserit verborum, dicturus est, orate pro me Dominum. Et utinam idem quoque inter nos Christianos non contingeret; postea eam, quòd Pater spiritualis vel prædicator ex par-

parte Dei te exhortetur, tibi que praecepta detis igitur elemosynam, ut per hanc vobis deponere odium, ab uluris cessare, cavere ma- las & suspectas societates, liberare te a ser- vilitate peccati, mox me te respondentem au- dire videat: *Quis est iste Dominus? volo vivere iuxta meum arbitrium; non recognosco alium Dominum, praeter propriam voluntatem: sic volo, sic jubeo, quid mihi interest cum Missis, Ecclesiis, devotione, confessionibus? At vero postquam Deus rans tibi immiserit, id est capitis, vel dentium dolorem, ingentem facultatem tuarum jacuram, gratiam infirmitatem, vel persecutionem, aut si tibi temporali morte tibi eripiantur, aut quando possessiones tuas devastet, tuoc, tunc recurris ad Deum, tunc frequentas Ecclesiam, tunc confiteris, tunc Deum honoras & glorificas, tunc Religiosos requiris, ut tot pro te Missas dicant, Deumque pro te orent, ut ad damnationis tuae occasiones, Dei que occasus nunquam redeundi. At vero sublatis, quid fiet? Pharaon est idem, qui ante: *In- durratum est cor Pharaonis; & non dimisit populum, & tunc ab adversitatum rans liberatus, quoniam voti facti obliviscaris, redeas ad pristinas malas societates, in priores denuo reincides culpas. Transient anni & anni, quibus non confiteris, dorsum caelo vertis, pristinam denuo repetis vitam, ut meritis dete dici possit. *Indurratum est cor Pharaonis* Vidistine aliquando hominem aquae hauriendae causa ad fontem euntem. Mox ut quam voluit, aquam a fonte accepit, suumque vasea replevit, & dor- sum mox fonti obvertens, inde discedit, quamprimum a Deo desideratam obtinivisti gratiam, dorsum quoque ipsi obvertis, & ad speculatas denuo consuetudines te recipis. Non celebrasti merui hujusce verbis: *O mulier, magna est spes tua, sine tibi sicut vis.* At vero, o Auditores, si prudentis est ad impetrandam gratiam quandam per terminos civitatis cum benefactore procedere, prudenti agere cen- seatur, si qui vos desiderio beneficis esse erga pauperes, ad obtinendum intentum, vos cha- ritivos & liberales esse, in veritate dixerit,**

PARS SECUNDA.

23. **M**ulier Chananaea tres praecipue actio- nes prudentes elicit; nam primo in propria persona Christum accessit, deinde Chris- tum honoravit, Divinitatem & humanitatem ejus confitendo: Denique prudentem se exhibuit, utendo patientia, dum enim instanter o- rat, & exclamat, & Christus ei non respondet: *Non respondit ei verbum:* Nequaquam ob hoc animo despondit, sed patientia obarmata. *Ado- ravit eum, dicens: Domine adjuva me;* & tam- etsi pariter ut repulsum a Christo dicente: *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus;* ipsa tamen ne quidquam moveatur, sed cum non vulgari suavitate humiliter respon- det: *Etiam Domine, nam & canes edunt de micis, quae cadunt de mensa Dominorum suorum.* Quid igitur hic dicitis, Auditores? Nunquid mulier haec prudens censenda erit, quae inter tot naufragia, quae illam ad desperationis scopulum allidere, & conqussare debuissent, per anchoram patientiae securitati suae aded stitiose consulere novit? *Mira hujus mulieris patientia predicatur, quia toties contempra in precibus perseverat,* inquit Maldonatus. Multa ele- vata valde & sublimia ingenia varia pro bono sive utili, sive honesto, sive delectabili promo- vendo adinvenerunt exercitia. Apollo enim medicinam invenisse dicitur: Melissus Rex sacrificia: Amphion Musicam: Mercurius Lyram: Sculpturam Dipelus: Cleanthes pi- cturam, Phelbon monetas, Chalybes ferrum, Zoroaster artem magicam, Sibones Graecus specula, foemineae pulchritudinis fideles Se- cretarios: Theodorus Samius modum custo- diendi gemmas, argentum, & aurum in ser- ratis scinnis sub custodia clavium: Jason ar- tem sulcandi mare navibus: Trugillus mo- dum obeundi civitatem in curribus & the- dis. Verum inter omnes haec diversarum arti- um inventiones, quae nam in unido utilior est patientia? Haec adversus omnia mala verus est Arithidates, quod Theodorus III. Im- perator frequenti experientia edoctus, eidem virtuti privilegium sive elogium dedit am- plissimum, hujus tenoris: *Patientia remedium omnium malorum.* Equidem Aesculapius Hip- pocrati

Maldon. ib. f. 362. nu 27.

Theodos. 3. ap. Ni- pocia

Paulini Quadragesimalis.

Q

sol. Ross
mer. Lass
2. Symb.
4. f. 235.

poocrates, Galenus, & alii Physici & Anatomici, varia quidem pro variis malis pellendis adinvenere remedia, veruntamen patientia cunctas medendi artes & inventiones antecellit, utpote commune & universale omnibus malis medendis antidotum.

oblinierat alumine.] Eodem modo adversus Romanos nullum inquam potuit exercitum prevalere, utpote qui nec ferro superari poterant, nec igne, qui in cunctis fortibus adversis patientiae tunica accincti & amicti erant.] Et enim in lapide isto patientiae virtus praesentatur, ignis quidem est tribulationis symbolum, at ubi quis oblinierit corpus patientia vera, in medio flammarum intactus remanebit.] Et enim mulier Chanaan, velut obfisione quadam ab adversitatibus est cincta, Daemon enim est in domo, filia ab eodem vexata, ipsa exinde moesta penitus & desolata quam insuper Christus Dominus verbis suis duris & aspersis affligit & mortificat, nec tamen ipsa adhuc manus dat victas, adversitatibus edens, qui potius per patientiam alimen mentem suam obliniens, turis quaedam facta est prius in expugnabilis. O Mulier magna est fiducia tua! Fiat tibi sicut vis

Nicol
Roum ibi

*Alia aliorum sunt malorum remedia.
Patientia omnium est malorum remedium.*

D. Th in
epist. ad
Goll. c. 3.
sect. 3 folio
86. c. 2.
D. Chryf.
serm. 1. de
Ioseph. p. 1.

Unde S. Thomas de Aquino dicere & monere solebat: quod in adversis patientia habenda est, qua facit, quod animus propter adversa non moveatur ab amore Dei & rectitudine iustitiae. Et andem Thieriacana S. Ioannes Chrylostomus tanquam efficacissimum approbavit dicens: *Gaude patientia & exulta, quia ubique secura es, & ubique illa tenaris, proficis, si humilioris erigeris, si pugnes, vincis, si occideris, coronaris, in servitute libera, in periculo tuta, in custodia lata: te potentes honorant, suscipiunt principes, magnates exquirunt tibi, boni parent, mali inveniunt, cedunt amici, inimici succumbunt, Aug. l. 5. de civ. Dei. c. 12. Dion. l. 38. D. Th. l. 2. c. 4. de Reg. Romani in cunctis adversitatibus & turbulentis suis, se tutari sunt per patientiam, quae deinceps ipsam ad praecellentias & applausus sibi acquirendos efficacem extitit medium, unde quibus proinde in Scriptura legitur *Potentes viribus, & possiderunt omnem locum consilio & patientia* Scribunt Philolopi lapidem qui Alumen appellatur in pulverem contritum & affusa aqua in modum calcis preparatum hanc habere virtutem, ut si ligna eadem calore obliniantur, eadem ab igne praeserventur ne laedi possint Unde Quintus Claudius Aul. Gel. l. 15. noct. Actic. c. 1. Franc. Lab. t. 3. prop. 12. de patientia referunt, quod cum Sylva Pyraeum in terra Attica obfisione cinxisset, cuius praecipua fortitudo in turri quadam lignea consistebat, ut eandem in suam redigere posset potestatem, quae quaversum per totum circuitum ignem satis vehementem accendi fecerit, ut ligna turris igne succensa penitus deflagrarent, verum intus fuerit ejus conatus, si quidem ligna turris illius ab Archelzo Regis Midiae Geometra ex Alumine confecta calore fortiter & solide oblinita fuerant: [satis diu sunt conati, sed nunquam incendere qui- verunt, quia Archylaus omnem materiam*

oblinierat alumine.] Eodem modo adversus Romanos nullum inquam potuit exercitum prevalere, utpote qui nec ferro superari poterant, nec igne, qui in cunctis fortibus adversis patientiae tunica accincti & amicti erant.] Et enim in lapide isto patientiae virtus praesentatur, ignis quidem est tribulationis symbolum, at ubi quis oblinierit corpus patientia vera, in medio flammarum intactus remanebit.] Et enim mulier Chanaan, velut obfisione quadam ab adversitatibus est cincta, Daemon enim est in domo, filia ab eodem vexata, ipsa exinde moesta penitus & desolata quam insuper Christus Dominus verbis suis duris & aspersis affligit & mortificat, nec tamen ipsa adhuc manus dat victas, adversitatibus edens, qui potius per patientiam alimen mentem suam obliniens, turis quaedam facta est prius in expugnabilis. O Mulier magna est fiducia tua! Fiat tibi sicut vis 14. Quis inter tot prudentis hujusce multo infortunia & adversitates solidos persequere potuisset & immobilis? Referunt Nicophorus Callistus. lib. 18. hist. Eccles. cap. 40. Vega in p. 3. para cou 8. f. 174. quod cum Phocas adversus Mauritium Imperatorem prevaluisset in praelio, eum quae una cum libertate & conjugio suam suam redegit potestatem captivum, tandem in conspectu Mauritii primo quidem filios eius postea vero Conjugem ejus Imperatricem, ac demum ipsum summet Mauritium impie tradidit iustitiae ut proinde summe admittendum fuerit, quae ratione cor Mauritii suorum tam crudeliter necem spectando, adeo constans & imbecillitatem permanentem, quod rumpi & frangi praedoloris vehementia metu debuisse. Nescio an fabula, an vero veritas sit, quod Pausanias, libro 8. Arcadic. folio 316. Pintarchus, & Cardanus referunt, si namque mirabilem quandam Aquae stygiae detentum proprietatem, nimirum quod haec aqua virtutem quandam & potentiam habeat adeo indomitam, quod in quocunque demum vase sive ferreo, sive aeneo, sive ex quovis alio Metalligere confecto consistit, illud confectum haud secus ac si vitreum aut Crystalinum esset, rumperet, & in mille partes confunderet, imo omne vas, ex quacunque tandem materia illud sit, fabricatum, tempore dicitur: quod vero magis mirandum est, est illud

Illud, quod insuper addunt, scilicet unicam
 jumentum angulam, eidem vaſi impositam,
 aque hujus vehementer resistere, eamque
 compedere, ut refert Plutarchus in opule.
 de gregio frigidio. Inter reliqua omnia una aſini
 angula hujus aqua resistit. Quis autem ignorat,
 unicam patientem symbolum esse; unde &
 iacob appellatus fuit *Aſinus fortis*,
 propter valentiam enaris, sicut etiam, nec calci-
 trare in Dominum, inquit Franciscus Georgius
 Venerabilis 1. scilicet. 4. fol. 38. n. 294. Quid igitur
 mirum, si Mauritius Imperator tot calamita-
 tum aquas in pectoris sui vase continere po-
 tuerit, nec tamen cor ejus ruptum fuerit, sed
 integrum & constans permanerit? pectus
 namque ejus patientia undique communi-um
 erat, quae omnium, quas adversa fortuna ali-
 cui committere novit, armorum aquis ity-
 phis edidit. Haec autem illud fuit antido-
 tum, quod ipsum constans & intrepidum
 conservavit. O quot satyricae linguae in Da-
 vidis patientem armatae erant? quot per acri-
 moniam murmuraciones? quot detractio-
 num regis ejus fama profundebarat? quot
 mala ejus struebantur infidiae? Qui inquirebant
 mala militum locuti sunt vanitates, & dolos coram die
 ostendebantur. Sed quoniam o David in his om-
 nibus armis positus, utebatur praesidio: Au-
 dit: *Tanquam juratus non audiveram, & sicut
 mactans non aperies os suum.* Omnia patienter
 sustulit, per banc linguam resistebat malignis,
 & omnibus continuo eam molestantibus.
 Quod refertur ad exteriorem patientiam, inter-
 preatur Cardinalis Hugo ib. fol. 90. col. 3.
 num. 1. Ita quoque de Philippo Macedonum
 Rege loquitur, quod omnes fere convitiatores
 suo vix patientia. Et Antistippus verbis con-
 tinuosis a certo quodam xenulo suo mole-
 status, hoc solum dixisse fertur: *Penes te est ma-
 ledicere, penes me bene audire.* Plato maledi-
 centibus sibi non aliud respondit, quam *Perge
 maledicere, quia benedicere non didicisti.* Quod
 forte conlat, quod in simili casu Xenophon
 dixit: *Te maledicere didicisti, ego didici maledicta
 committere.* In illius namque patientiae scuto
 omnia malevolorum fulmina obdunduntur.
 17. Requod malum hac virtute non vincit-
 tur, quoniam xerumna, quantaunque illa
 tandem sit, hac armatura non superatur? O
 pedes prosterrens, cum adoravit, & verum
 quam egregium secretum, dignum protectio-
 quod quilibet addicat, & quotidie stupet,

prout Joseph in Aegypto fecit; de quo Re-
 gius Propheta loquens dicebat: *In seruum
 mundatus est Joseph: sine causa in carcerem
 conjectus, & ferrea catena vincitus fuit: Hu-
 miliatus in compedibus pedes ejus.* Unde se
 hoc ferro oeratum esse conspiciens, tantam
 in se mentis sensu perturbationem, ut animam
 sibi gladio transfixam esse arbitraretur: *Fer-
 rum pertransiit animam ejus.* Sanctus Ambro-
 sius, & Cardinalis Hugo legunt: *Ferrum per
 transiit anima ejus.* Videre hic miram diversi-
 tatem, antea enim anima transfigebatur a
 ferro, nunc vero ferrum ab anima Josephi
 transfixum & penetratum esse dicunt; qua
 ratione fieri potest, ut anima, quae spiritalis
 est, materialis ferri duritiam penetrare possit.
 Certatim inter se dimicare videbantur Pha-
 raonis ferrum, & anima Joseph; haec per pa-
 tientiam, illud per duritiam; tandem vero
 ferrum devictum cedere debuit victrici pa-
 tientiae; per quod nobis insinuat, nullam
 inveniri posse difficultatem, aut molestiam,
 quantumvis duram, quantumvis acerbam,
 quam patientia temperare aut superare non
 possit. *Quasi anima Joseph* [inquit S. Ambro-
 sius] *patientia fortior ferro effecta, ipsum per-
 transierit, & penetraverit ferrum.* Quantum-
 vis igitur Dei Filius petitionem Chanaanæ
 respuit, & abjicit, eique se in contradi-
 ctorio opponat, nolendo petita filiae libertatem a
 Daemone indulgere; in fine tamen certum est,
 quod victrix & triumphatrix futura sit Cha-
 naanæ patientia, quae suave hoc tandem re-
 sponsum ab ore Christi reculit: *Fiat tibi sicut
 vis.* Haec virtus lapis Lydius est, quia qualis
 quilibet sit, an verum probatumque aurum,
 an vero falsum, certo manifestat & aperit:
*Qui non aequanimiter & patienter tolerat adver-
 sa, aurum se reprobum esse declarat* (inquit Gre-
 gor. Papa. Quisquis autem in adversitatibus
 suis patientia se communit, aurum est perfe-
 ctissimum. Joan. cap. 1. refertur, quod S. Phi-
 lippus Nathanaeli obviam factus, eidem se
 Messiam invenisse dixerit, eumque, ut ad eum
 videndum se sequeretur, commoverit: Chri-
 stus autem Nathanaelem conspiciens, subito
 dixit: *Ecce verus Israelita, in quo dolus non est.* Ioan. 1.
 Porro Nathanael Christo victor factus, ad
 pedes prosterrens, eum adoravit, & verum
 Dei Filium, & Israelis Regem esse, confessus
 est, dicens: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.*

Ambros.
 Hugo Car.
 ib. f. 254.
 c. 1. m. 18.

D. Greg.

Ioan. 1.

Q. s. Verum

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and other illegible scribbles.

Verum dic sodes, ð Nathanaël, ex quibus argumentis JESUM Filium Dei & Israël Regem esse, conjicis? Tu enim illum hæcenus nunquam vidisti, aut cognovisti, nec ulla tibi cum eo intercessit sermonis mutui familiaritas; Negotii, de quo loqueris, pondus & momentum maximum est; unde facilis nimis ad id ipsum credendam existis, utpote qui nulla ipsum hæcenus vidisti patrantem miracula, informare prius, ejusque vitam & conversationem accuratè consideres. An ignoras, quòd olim è Philosophis nonnemo dicebat: quòd priusquam vir alquis ad medullam usque cognoscatur, modius salis cum ipso manducando consumendus sit? Quis te, ut eum Filium Dei esse crederes, induxit? Forte Philippi relatione id tibi persuasum fuit, qui dicebat: *inveniimus IESUM Filium Joseph à Nazareth!* sed ex hisce verbis cum non Dei, sed Josephi Filium essa, agnoscere potuisti. Quot miracula Christus calorum Rex patrarit, priusquam in Crucis ligno moreretur, satis est omnibus notum; siquidem scimus, quòd aquam in vinum commutavit, curaverit infirmos, sanavit claudos, restituerit paralyticos, leprosos mundavit, pepulerit dæmones, surdis auditum, sermonem mutis, cæcis visum restituit, & resuscitavit mortuos, & tamen Hebræi hæc miracula videntes, nunquam induci potuerunt, ut eum Filium Dei esse crederent. Et tamen postea, quando in Cruce suspensus hærebat inter opprobria, contemptus, illusus, derelictus, blasphematus, moribundus, inter latrones velut latronum cory-

phæus crucifixus, ab errore suo nonnulli Hebræi respuerunt, cœperuntque dicere: *Peri Filium Dei erat iste.* Quodnam est hoc paradoxum? Vident eum patrantem miracula, & ætificis filium esse credunt: eundemque postea in mortis angustis positum contempnentes, Filium Dei esse publice confitentur? Verum enimverò, nolite id mirari, Auditores, nam ex patientia, quacum acerbissimas pennis suis sustinebat, velut ex lapide Lydio, eum verum, purum, putum, probatumque aurum, id est, Filium Dei esse cognoverunt: *Centurio patientiæ Christi mortuus, quam in Cruce habuisse vidit, exclamavit: Verè Filius Dei erat iste!* alleluia Tertullianus. Sic quoque cum Nathanaël Philippo respondisset: *Nunquid aliquid boni esse potest à Nazareth!* Videretque Christum hanc injuriam non solum patienter sustinere, verum etiam in sui commendationem hoc elogium adjicere: *Eccè verè Israëlita, in quo dolus non est.* Mox ex Lydio patientiæ suæ lapide commotus, imò coactus fuit dicere: *Rabbi, tu es Filius Dei. Hominem, in quo Nathanaël tantam patientiam agnovit, non purum hominem, sed Filium Dei creavit, & faceret.* Concludamus igitur cum Chrysostomo, & dicamus, quòd patientia est hominibus causa omnis boni. Hæc sibi Chanaanæ usurpavit, eandem vos quoque exerceat, & abite in pace cum nostra benedictione.

